AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 40r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



eadem ambo narrarunt · ut non absurde sentiantur · eorum narra
tiones · hec interponentium in eiusdem locis & diebus esse uersatas · Ha
matheus hoc ita dicit · Et secuti sunt eum turbe multe de galylea
& decapolym & ierosolymis & iudea & transiordanen · Videns autem
turbas · ascendit in montem · Et cum sedisset · accesserunt ad eum discipuli
eius · & aperiens os suum docebat eos dicens · Beati pauperes spiritu · quoniam ipsorum
est regnum celorum · & cetera · Hic potest uideri turbas multas iu
stare uoluisse · & ob hoc ascendisse in montem · tamquam secedendo
a turbis ut solis discipulis suis loqueretur · cui rei uidetur attestari
lucas ita narrans · factum autem in diebus illis exiit in montem
orare · & erat pernoctans in oratione dei · Et cum dies factus esset uo
cauit discipulos suos & elegit · xii · ex ipsis · quos & aplos nomina
uit · symonem quem cognominauit petrum · & andream fratrem eius
iacobum & iohannem · phylippum & bartholomeum · matheum
& thomam · iacobum alphei · & symonem qui uocatur zelotes ·
iudam iacobi · & iudam scariothe · qui fuit proditor · & descendens
cum illis stetit in loco campestri · & turba discipulorum eius · & mul
titudo copiosa plebis ab omni iudea & urlim & maritima &
tyri & sydonis · qui uenerant ut audirent eum & sanarentur
a languoribus suis · Et qui uexabantur a spiritibus immundis · cura
bantur · Et omnis turba querebat eum tangere · quia uirtus
de illo exibat · & sanabat omnes · Et ipse eleuatis oculis in discipulos
suos dicebat · Beati pauperes · quia uestrum est regnum dei · & cetera ·
Hic potest intelligi cum in monte · xii · discipulos elegit ex pluribus
quos aplos nominauit · quod matheus pretermisit · tunc
illum habuisse sermonem quem matheus interposuit & lucas
tacuit · hoc est in monte · ac deinde cum descendisset in loco
campestri habuisse alterum similem · de quo matheus tacet lu
cas non tacet · & utrumque sermonem eodem in esse conclusum ·